

tijs quod de cetero ita debeat quilibet rector presens et futuri, dari facere unicuiusque, qui teneretur aggrauatus de aliqua sententia data per aliquem suorum predecessorum, omnes scripturas rationes et exemplum sententie, sub bulla sua ut tenetur de suis, ut ipsas ualeat portare coram dominio et uti iuribus suis.

95 Capta. Super octauo capitulo supradicto continente de sententiis; consulunt sapientes, quod quia dicti feudati petunt iustum, quod fiat sicut petunt, ut possint sua iura, coram dominio Ducali consequi, et sic rectori presenti et successoribus suis mandetur quod debeant inuiolabiliter obseruare.

9. Item exponere debeas, Ducali dominio quo modo sunt multi condempnati in maxima quantitate pecunie, per rectores preteritos Rethimi, qui condempnati auffugiunt alij extra insula, alij uadunt ramengi per insulam Crete, taliter quod commune non potest habere pecuniam suam nec homines suos et rector suum presens, nullam gratiam aut terminum uel diminutionem de condempnationes suorum predecessorum possit facere iuxta continentia sue commissionis. Quare dignetur dominatio Ducale scribere per suas litteras rectori suo presenti et successoribus suis quod habeant libertatem ad faciendum terminos et gratiam ac diminutionem dictis condempnatis, qui sunt usque nunc, uel fuerint decetero condempnati tempore suorum predecessorum, sicut ipsis placuerit et uidebitur, esse comodum communis et aleuiatio pauperum qui auffugiunt, ut ualeant soluere dictas condempnationes, qui per hanc uiam, habebuntur homines et denarios, qui ob magnam instigationem et condempnationem que fuit contra ipsos, inducuntur esse inobedientes.

Super nono capitulo supradicto de condempnatis consulunt sapientes ordinum ut habeantur pecuniam et homines, quod erit amplificatio terre Rethimi, quod rectores presens et futuri Rethimi de condempnationibus factis, per suos predecessores in pecuniam possint facere gratiam, de soluendo ipsas condempnationes per terminos qui sibi uidebuntur, ita tamen quod in aliqua gratia, non possint transire terminum decem annorum modo aliquo uel ingenio, accipiendo plurem a condempnatis, de soluendo condempnationes per terminos qui sibi per rectores fuerint assignati.

## 34

F<sup>o</sup> 96<sup>r</sup> Οἱ ἐν Κρήτῃ κατοικοῦντες οἰκογενειακῶς εὐγενεῖς Βενετοί, ἐρωτῶσιν ἐὰν δύνανται νὰ ἀποδεικνύσσουσι τοὺς τίτλους τῆς εὐγενείας των ἐν Κρήτῃ. Ἡ Γερουσία ἀπαντᾷ ὅτι θέλουσι τηρηθῆ τὰ κεκανονισμένα, (δηλαδὴ ὅτι μόνον ἐν Βενετίᾳ ὑποβάλλονται οἱ τίτλοι ἐνώπιον τῶν ἀβογαδόρων τῆς Βενετίας). 1356, Σεπτεμβρίου 21.

## 35

F<sup>o</sup> 96<sup>r</sup> Οὐδεὶς νέος φόρος ἐπιβάλλεται ὑπὸ τοῦ δουκὸς καὶ τῶν συμβούλων Κρήτης ἐν Χανίοις, Ρεθύμνῳ καὶ Σητείᾳ. 1356, Σεπτεμβρίου 21.

